



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 33. Cæsareorum Legatorum Oratio ad Protestantium deputatos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæc. XVI.

A.C. 1552.

§. XXXIII.

*Cæsareorum Legatorum oratio ad
Protestantium Deputatos.*

Sleid. l. 23.

p. 848.

Thu. l. 9.

Postquam Cæsaris Ministri hoc nego-
tium cum Synodo penitus absolve-
rant, die vigesima secunda Januarij
Protestantium Oratores ad ædes suas
venire jubebant, eisdem datæ fidei li-
teras articulatim explicaturi; jam enim
eædem Guilielmo Pictavio, qui tertius
Caroli Legatus pro hæreditariis Belgii
Provinciis erat, a Patribus fuere con-
signatae. Pictavius ibidem singularem
Synodi indulgentiam eis exhibitam plu-
ribus exaggerans vehementer eos hor-
tabatur, ut & ipsi quicquam de suis
postulatis remitterent, his usus verbis:
Ego & reliqui Cæsaris Legati enixe pe-
timus, ut & vos temporibus aliquid tri-
buatis, nec omnia vobis velitis hoc uno
momento concedi: cum ad actionem ven-
tum fuerit, tunc pleraque poteritis per
occasione obtinere, quæ nunc duriora
videntur: Patres admodum sunt cupidi
emendationis, neque defuturi etiam of-
ficio, & admodum expertunt Theologo-
rum adventum, quibus omnem benevo-
lentiam, atque fidem sunt præstituri,
& habent, quæ proponent, magni qui-
dem momenti, & cupiunt ab illis initium
fieri, ut per hanc occasionem, & ipi-

pro

prodeant: quod etiam de submissione Pon. Sæcul. XVI.
tificis petitis, orant, ut sitis in eo re- A.C. 1552.
missiores, nam vident, ac intelligunt Patres,
non esse nihil, quod in eo fastigio, & re-
prehendi possit, & corrigi debeat: sed
tamen subtili quadam ratione, ac dexte-
ritate progrediendum.

„Ut autem, prosequebatur Pieta-
„vius, Synodus decreta jamjam facta
„denuo examinet, ac retractet, con-
„siderate ipsum, quam id non deceat:
„acquiescite igitur iis, quæ modo con-
„ceduntur, atque sane magno nostro la-
„bore sunt impetrata; Præterea detis
„operam, ut Theologi vestri accelerent:
„nos vicissim tum publico, tum privato
„nomine nihil officii nostri prætermitt-
„temus.

§. XXXIV.

*Protestantium repugnantia in accep-
tandis securitatis promissæ literis.*

Postea Protestantium deputati circa p. 849. Sleid. l. 23.
ea, quæ ipsis nuperrime a Cæsa- Sarp. l. 4.
reis Legatis fuerunt proposita, mutuo pag. 349.
conferebant, cumque illis promissæ Thuan. l. 9.
cautionis formula esset tradita, secum-
que securitatis literas a Basileensi Sy-
nodo olim concessas deferrent, hinc
utrasque inter se comparabant, ac Tri-
dentinam a Basileensi in præcipuis qui-
Hist. Eccles. Tom. XLI. T bus-